

Merseburgensem, Goteboldum Misinensem, abbates nichilominus Berthoum Fuldensem, Volmarum Corbeensem, Heinricum Hersfeldensem, Heinricum ducem Bauuarię, Chūnradum marchionem de Misine, Heinricum marchionem de Glogov, Dietpaldum marchionem, Adalbertum marchionem de Hiltagespurch, Lōdewicum comitem regionis. Et ut hęc
5 traditio firma et inconvulsa omni ęvo permaneat, presentem cartam fecimus inde conscribi, quam et sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

:Signum domni Lotharii tertii Romanorum imperatoris augusti (M.) invictissimi.:

:Eggehardus cancellarius vice Adelberti archicancellarii recognovi.: (S.J.)

Anno dominicę incarnationis millesimo centesimo xxxiiii, indictione xii, vii. id.
10 iun., anno vero regni domni Lotharii v̄iii, imperii secundo, feria iii; actum Merseburc;
feliciter.

99.

Bischof Udo I. von Naumburg übergibt tauschweise zu seinem und seiner Eltern Seelenheil dem Kloster Walkenried das Dorf Kinderode mit Genehmigung seines Bruders des Grafen Ludwig, 15 dessen Lehn es war, und des Markgrafen Konrad, als Vogt. Eckardsberga, 1134 Dez. 29.

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. Phot. H. St. A.

Gedr.: Urkundenbuch des histor. Vereins für Niedersachsen 2. 1,5 (mit Jahr 1133).

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ego Udo Nuenburgensis ęcclesię humilis minister |
20 quandam villam Kinderoth vocatam in Thuringia supra fluvium Uuippre in comitatu domini Lothwici de Lara sitam ęcclesię sanctę dei genitricis | et perpetuę virginis Marię in Walkenred ad usum pauperum Christi ibidem deo famulantium pro remedio anime meę et parentum meorum | contradidi, quam videlicet villam annuente marchione Conrado ęcclesię nostre advocato consentiente et laudante fratre meo comite Lodewico, cuius eadem
25 villa beneficium erat, cum allodio meo in Eistete sito quatuor libras persolvente commutavi. Cuius traditionis et concanbii, ne quis in posterum violator aut temerator existat, presentis pagine auctoritate et sigilli nostri impressione, que a nobis gesta sunt, firmare curavimus. Huius rei testes sunt. Decanus Bertholdus, Theodericus, Germarus, Rengodus, Helmericus, comes Lodewicus, Eseco de Bronneste, Lodewicus de Lara, Fre-
30 dericus de Horeburg, Adelbero de Welez, Fredericus de Lizinik, Widelo ministerialis et alii multi.

Data iii. kalendas ianuarii anno dominicę incarnationis mcxxxiiii, indictione xii, anno Lotharii regis viii, anno Udonis undecimi episcopi viii; actum Ekkartesberg; feliciter amen.